



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Voti irritatio, dispensatio, & commutatio

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

N. gant } *Coro. c. 9. de voto p. 5.*

28 Vouens Religionem non præfixo tempore, debet, quamprimum potest, ingredi.

\* *Vide Sor. q. 2. art. 1. col. pen. l. c. D. Tho. 2. 2. q. ult. art. 3. in corp.*

29 Qui vouit vnum principaliter, vt Religionem, & alterum accessorie, vt castitatem, liberatus à primo, est liberatus à secundo.

30 Votum Sacerdotij non est votum castitatis, potestque ab Episcopo dispensari.

\* *Vide Sor. l. 7. q. 4. art. 3.*

31 Votum de impossibili non obligat, etiam si postea fiat possibile.

32 In voto seruandum possibile, & honestū, omisso impossibili, & turpi.

33 Duorum votorum incompatibilium, si æquè bona, seruetur prius, alioqui melius.

34 Qui vouit quotidie dare pauperi, si hodie non det, debet cras illud addere.

\* *Vide Azor c. 14. q. 11.*

Votum simplex in socie. Iesu irritat matrimonium ex Greg. XIII. vide *Mol. d. 329. in fine.*

35 Votum factum vt aliquid à Deo obtineas, obligat, etiam si non obtineas, nisi dixisses; si obtinero.

*Voti irritatio, dispensatio, & commutatio, vide Debitum coniugale.*

1. **A** Dirritandum votum, sufficit voluntas eius qui potest, nec requiritur causa, vt teneat.

teneat. Potest autem pater, & mater si tutrix sit, (imò secundum quosdam, etiamsi non sit tutrix impuberis, & si non sit curator, etiam puberis, scilicet mortuo patre) tutor, curator, maritus, & Dominus impuberis quidem omnia vota irritare, etiam antequam venirent sub suã potestate emissa: puberis autem reale (non autem personale sibi non præiudicã) nisi esset adiunctũ voto Religionis, aut de bonis castrẽsibus, aut quasi castrẽsibus: & Prælati Religiosi vota omnia, adeoq; etiam Papa, qui est eius supremus Prælati, qui tamen secularium vota non potest irritare.

\*De irritatione *Azor. c. 17. Lopez l. c. ca. 47. 48. Naua. à n. 63. De dispensatione, & commutatione. Sol. 4. Coro. l. c. Syl. votum 4.*

\**Azor. l. c. q. 5. Tol. c. 18. nu. 9. l. c. vide Nau. nu. 64. & 69. l. c.*

Potest autem? *Azor. l. c. q. 3.*

Tutor? *Azor. q. 7. vide Syl. l. c. n. 2.*

Maritus vxoris vota præiudicium sibi inferentia irritare potest, & è conuerso. *Nau. n. 64. Vide Azor. q. 13. Lop. c. 48. indistinctè loquitur.*

Non autem personale? *Azor. q. 7.*

Castrensibus? *Azor. l. c.*

Prælati? *Azor. q. 3. & ib. l. c. Nau. 4. n. 69.*

2 Irritans votum sine causa in quod consentit, peccat quidem, sed irritatio tenet.

\**Azor. q. 6 Syl. votum 4. q. 2. Nau. n. 61. Coro. l. c. pag. 6. vide Lopez c. 48. col. 2.*

3 Votum impuberis de faciendo aliquid tempore libertatis, semel irritatum, non reuiuiscit: quidam tamen seruum excipiunt: excipitur & pubes, nisi uouisset simul in tempus etiam subiectionis: Religiosus autem censetur ut impubes.

\*Vide Lopez c. 48. col. 2. Nullius subditi votum reuiuiscit tempore libertatis, si semel sit rite irritatum. Corona l. c. pag. 5. ex Sylu. vers. votum 3. & Sot. Angles l. c.

4 Irritans votum, si postea consentiat, non ideo reualidat.

\*Nisi Naua. c. 12. nu. 66. vide Graff. l. 2. c. 29. nu. 5. & cap. 27.

5 Votum impuberis de Religione potest pater, & tutor irritare, etiam post pubertatem, si ille in pubertate se de nouo non obligauit. Idem que dicendum de Pralato Religiosi facti Episcopi, scilicet poterit similiter huius votum ante factum irritare, si iste de nouo non confirmauit Episcopus factus.

\*Votum impuberis Azor. q. 7. Nau. num. 71. Caiet. 2. 2. q. 189. art. 5. Lopez c. 48. col. 4.

Soto q. 3. art. 2. l. c. contrarium placet. Vide Medinam l. 1. c. 14. §. 7.

7 Omne votum autoritate Iuris commutatur in Religionem, & quidem personalia omnia professione extinguuntur; realia uero debita quidam aiunt transire in Monasterium iuxta vires hæreditatis, ego uero, si sint solum  
votorum

votorum debita, etiam extingui professione puto. Nouitius autem excusatur à voto personali, incompensabili statui Nouitiatu, sed non reali. Possunt & omnia vota Nouitiorum commutari à Cōfessore in onera Religionis. Vota quidem nostrorum quæ in sæculo fecerunt, ante professionem sunt suspensa, quamdiu sunt in Societate.

\*Vota omnia personalia *Azor. in c. 17. in fine ex c. scriptura de voto, & vot redempt. Vide Sor. q. 4. ar. vi. Syl. votum 4. q. 7. Lopez c. 48. col. 2. omnia, ait, vota sæcularia, idem Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 12. ad primum cum D. Th. ib. & q. 189. art. 3. Nat. c. 12. num. 65. Sor. l. 7. q. 4. art. 3.*

Nouitiorum } *Angles de voto pag. 110. Nau. l. c. negat.*

Nouitiorum vota, vt professorum à superiori irritari posse.

7 Qui promisit se alicuius votum impleturum, potest commutare ingressu Religionis.

\**Vide Nau. l. c. n. 78.*

8 Potest quis non seruare votum cum obseruatio vergit in periculum magnum, & non potest adiri Superior. Excipe tamen votum continentia, quæ melior est quam vita *D. Th. 1. 2. q. 88. & 4. d. 38.*

9 Causa dispensandi, voti inutilitas, vel maioris boni impedimentum, secundum quosdam: ego verò tunc non puto votum obligare, quare nec opus esse dispensatione, dicerem

Dd 4 potius

potius causam facilitatem in vouendo, infirmitatem ad implendum, necessitatem vel utilitatem, quæ & ipsæ sunt ad commutandum idoneæ causæ.

\*De absoluteione voti *Azor. c. 19.*

De causa iusta idem *l. c. q. 17.*

Vide *Nau. l. c. nu. 77. Med. l. 1. c. 14. §. 7. Lopez c. 49. Corol. l. c. Angles de voto pag. 106.*

10 Commutatio sine causa, fiat in melius: cū causa, in æquale: quod si apertè melius est, potest quisque id illud suum votum commutare: non tamen in æquale bonum. *Syl. Votum 4. q. 7. Rich. in 4. d. 38. art. 8. q. 1.*

\*De dispensatione, & commutatione *Sot. l. 2. q. 4. art. 3. Nau. nu. 75. Lopez c. 49. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 12.*

Quæ perpendenda in voti commutatione, docet *Nauar. num. 77. Azor. c. 18. q. 13. Corona confess.*

Potest quisque? *Tol. l. 4. c. 18. num. 10. Med. l. c. Sot. q. 4. art. 1. col. 3. l. c. ex Caiet. contra Syl. votum 4. §. 7. Nau. n. 75. dicit neque in melius commutari posse, nisi pateat Deo gratius esse, Lopez c. 49. in fin. Sotum sequitur Angles voto pag. 105. Vide Coronam de voto p. 12.*

11 Qui habet Episcopalem auctoritatem potest dispensare in omnibus votis, exceptis castitatis perpetuæ, Religionis, Romanæ, Compostellæ, & Hierosolymitanæ peregrinationis: in quibus etiam potest, cum facta sunt

sunt per modum poenæ peccati, si illud face-  
re contingat. Sensum huius vide apud *Nau.c.*  
12. *numer.* 41. potest & in castitatis voto Epi-  
scopus, si sit periculum incontinentiæ, & Pa-  
pa non possit facillè adiri: potest & in voto  
castitatis ad tempus, vel conjugalis. Potest &  
dispensare cum vouente arctiorem Religio-  
nem, & laxiorem ingrediatur: non enim est  
id dispensare in Religione absolutè: imò se-  
cundum Panorm. & alios potest in voto Hie-  
rosolymitano facto causa deuotionis, & non  
subsidij. *Vide gl.c. Ex multa, de voto.* Potest & in  
voto non nubendi, & non petendi debitum.

\*Episcopalem } *Syl. votum 4. nu. 3. Nau. ca. 75.*

De Papæ reservatis, & de Episcopi facul-  
tate } *Azor. c. 29.*

Per modum poenæ } *Tol. l. 4. c. 18. num. 11.*

Vide *Angles de voto pag. 110.*

In castitatis, & c. } *Nau. num. 76.*

Arctiorem } vide *Azor. c. 18. q. 8.* duas sen-  
tentias referentem.

Deuotionis } contrarium docet *Syl. l. c. Sot.*  
*art. 3. col. 4. Nau. l. c. Azor. c. 19. q. 4.*

Non nubendi } *Nau. l. c. Lopez c. 49. l. c.*

12 Archiepis. nō posse dispēfare in votis sub-  
ditorū Suffraganeis, quidā aiunt, alij negant.

\*Aiunt } *Sot. l. c. col. 4.* ad eum enim non ani-  
marum, sed forensium causarum cura spe-  
ctat: potest tamen in Episcopi suffraganei vo-  
to dispensare, quia hic illi immediatè subie-

D d 5,                      ctus;

Etus est, *Angles de voto pag. 109.*

13 Papam posse in voto solemnī castitatis quidam negant, alij melius concedunt.

\* Negant *3 D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 11. & quidam antiquiores Theologi Sot. etiam q. 2. c. 5. Lopez p. 1. c. 49.*

Concedunt *3 Hervens quodlib. 11. qu. 25. Rich. Dur. Maior. Scot. & alij, ab Angles de Voto p. 105. citati, Caiet. confutatus à Soto. Nau. num. 75. Azor. c. 7. l. 12. hanc multis probat. Certè Cazinirus 1. Polonię Rex D. Benedicti Monachus professus, concedente Summo Pontifice, uxorem duxit.*

14 Quod vouisti Deo alicui te daturum, si non huic promisisti, potest commutari.

15 Qui vouit non petere dispensationem voti, potest petere, explicando secundum votū, si timet alioqui periculum peccandi.

16 Qui potest ex priuilegio vota commutare, non propterea potest in eis dispensare; nec talis potestas extendit se ad vota iurata, nisi id exprimatur in priuilegio. *Nau. c. 12. nu. 79.*

\* Iurata *3 Negans sententia Azorio probabilior est c. 18. q. 16. vide etiam cap. 19. q. 19. Nau. c. 27. nu. 275. & conf. 3. de iureiur. nu. 6.*

17 Id, quod est votum commutatum, tanquam votum obseruandum est.

\* Vide *Azor. l. c. q. 10. & 12.*

18 Cum Religioso, qui vouit transire ad arctiorem Religionem, non potest dispensare  
Superi-



Superior, vt maneat sine speciali Sedis Apo-  
stolicæ indulto. *Caiet. 2. 2. q. 88. art. dub. 5.*

19 Qui potest ex priuilegio dispensare, po-  
test & commutare, non contra.

\**Sot. l. c. q. 4. art. 3. vide Nau. n. 79. l. c. qui à Sot.  
discrepat, Azor. ca. 18. q. 7. Lopez. c. 10. Palud. 4. d.  
38. q. 4. art. 3.*

24 Dispensatio in voto apertè sine causa, nō  
valet: in dubio verò excusat dispensatio Præ-  
lari.

*D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 12. Nau. n. 76. l. c. Azor. c.  
18 q. 3. Coro. de voto pag. 11. Abb. in c. 1. de voto, &  
vot. red.*

21 Qui potest dispensare, tutius facit in leue  
aliquid commutando.

22 Per bullas & priuilegia possunt commu-  
tari vota, etiam post illa facta, etsi quidam id  
negant. \**Azor. q. 9. Nau. n. 80. l. c.*

Negant? *Sot. q. 4. art. 3. l. c. Angles. l. c. pag. 108.  
Lopez q. 50. col. 3. Cordu.*

23 Prælati vident, & cum possit facile con-  
tradictum, non contradicens, hoc ipso videtur  
dispensare. *Vide Syl. V. Votum 4. n. 8.*

24 Si Papa votum sibi reseruat in aliquid  
commutauit, potest id ab Episcopo ex causa  
in aliud commutari: non enim id est Papæ re-  
seruatum, etsi quidam aliter sentiunt.

\**Vide hæc apud Azor. l. c. q. 11. Syl. votum  
4. q. 7.*

D d 6

Vsucapio,